

17. Februar 1851. Die Cognac-Schule
geöffnet. Lassalle erhielt
einen Lehrlingsplatz darin.
17. Februar 1851. Cognac-Schule
geöffnet. Lassalle erhielt
einen Lehrlingsplatz darin.

TOMUS XXXXIV.
MISCELLANORUM.

~~G.M.B.~~ EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.
VI-45. —

SIGNAT. CCCXIII.

6 böse:

38

THESES THEOLOGICÆ
DE
L I B E R O H O M I N I S
ARBITRIO.

DE QVIBVS, VOLEN-
TE DOMINO,

Præside

CLARISS. VIRO FRANC. IVNIO
S. THEOLOGIAE D. ET PROFESSORE
in celeberrima Heidelbergensium
Academia

Responsurus est

NATHANAE L RYCKEVVAERT,

Ypresis, Belga:

Ad diem xx Maij, loco & hora
confuctis.



HEIDELBERGÆ

M D X C I I





R Euerendo viro, ac Theologo eximio,
R D. Lucæ Trelcatio, sacrarum literarum
in inlyta Leidensium Academia profes-
sori ordinario, & Ecclesiæ Gallicæ ibidem
pastori vigilantissimo, præceptorι suo
summè colendo, has de Libero hominis
arbitrio Theses, obseruantiaæ gratitudi-
nisque ergò, dedicat consecratque

Respondens



DE LIBERO HOMINIS ARBITRIO.

Thesis I.

Iberum arbitrium est naturalis potentia suo
ac proprio motu sine coactione eligendi vel
repudiandi bonum aut malum, quod volun-
tati a mente eligendum vel repudiandum proponi-
tur.

II.

Ac arbitrium quidem appellatur respectu mentis,
quæ obiectum voluntati monstrat, ipsumq; vel pro-
bat vel improbat: liberum verò respectu voluntatis,
quæ sponte sua id quod obiectum fuerit amplectitur
eligens, aut repudians fugit.

III.

III.

Subiectum itaq; liberi arbitrij est substantia creata
intelligens vel ratione prædita: in qua intelligentia &
voluntas partes essentiales sunt analogicè, libertas ve-
rò his partibus inesse dicitur, vt subiecto accidens se-
parabile.

III.

¶

Obiectum verò liberi arbitrij, quod hīc quidem agitur, est morale bonum & malum, quò liberè fertur creaturæ arbitrium, aut quod auersatur liberè: nam de libero arbitrio in causa naturalis boni quæstio magis Philosophica est quàm Theologica.

V.

Quapropter liberum arbitrium quoties de Dco
prædicatur, aut vniuoce prædicatur, quia quicquid

est in Deo, Deus est; nihil accidentale, sed essentialia
omnia, & essentia ~~autem~~ ^{est} essentialiter; aut prædi-
catur figuratè; aut falso; si quidem propriè secundum
positam definitionem liberum arbitrium placebita-
cipi.

^a VI.

Atque hoc quidem prædicari figuratè & Deo tri-
bui, non iniquè ferimus, modò accipiatur bene; & a
logomachiis vltro abstinemus.

VII.

Propriè verò dici, nisi falso, non potest: quia id
nec cum natura subiecti, id est Dei, nec cum veritate
definitionis, nec cum ratione obiecti conuenit sine
subiecti interitu.

VIII.

Natura Dei: nam est simplicissimus, non ergo
compositus, ne ex subiecto quidem & accidente, quod
hic statuitur.

IX.

Definitione: nam neq; genus liberi arbitrij Deo
potest competere, qui actus est simplicissimus, neq;
differentia importans ~~etiam~~ ^{etiam} omnia, cum Deus sit æternus
& immutabilis.

X.

Obiecto: quia Deus est ipsa bonitas, nec pro ob-
iecto habere unquam potest morale bonum quod im-
probet, aut malum quod eligat: Deus seipsum negare
non potest. 2 Timoth. 2.

XI.

Creatura ergo intelligens & liberi arbitrij capax
subiectum, est duplex, Angeli, & homines. Nos autem



in præsentia de libero hominis tantum arbitrio agere
instituimus.

Liberum ergo arbitriū finē homine consideratur
dupliciter: ante lapsū, & post lapsū illius.

XIII.

Ante lapsū liberum arbitriū fuit in homine ad
bonum & ad malum: quo arbitrio homo vel stare pos-
terat atq; in integritate & vita permanere, veldābi &
peccando integritatem & vitam amittere.

XIV.

Demonstrabant id symbola quæ homini in He-
dene circuimus erat Deus: arbor vitae persistens in
sua integritate vitam, & arbor scientiæ boni & malitiae
benti ac defienti mortalem misericordiamq; conditionem
significans.

XV.

Quanquam enim homo primum ita fuit condi-
tus, ut mens & voluntas eius cum voluntate Dei planè
conserint, illiusq; imperio sineulla affectum cum
mente lucta & repugnantia omnino subiicerentur: ta-
men fuit mutabilis, ita ut errare in iudicando, & ob-
iecta specie alicuius boni inclinare ad deficiendum,
atq; adeo deficere sua sponte posset.

XVI.

Est enim liberum arbitrium potentia naturalis,
cuius operatio potuit esse actu secundum finem ordi-
natum & determinatum ipsius, & potuit non esse de-
ficiendo a fine ordinato suo, & (quod grauius est) in
impotentiam abeundo.

A 3

XVII.



XVII.

Quod & factum est: lapsus enim est homo o bie-
cta per Satanam specie boni: quod obiectum vt mens
probauit, ita voluntas ad illud amplectendum sese in-
clinavit a fine ordinato & imperato sibi deficiens.

XVIII.

Etsi autem libero arbitrio suo lapsus est, id ta-
men præter Dei voluntatem non fuit factum: cui hoc
medio iustitiam & misericordiam suam visum est de-
clarare.

XIX.

Nam siue arcanum diuinæ voluntatis spe^ctes,
Deus noster in cælis est, qui facit quicquid vult: non fe-
cit autem vt homo non peccaret: facere igitur hoc
noluit: siue reuelationem illius, certè legem & condi-
tionem Deus posuerat, Ne comedas; Si comederis, mo-
rieris: quam conditionem non fuisset adiecturus, si vo-
luntate absoluta secus voluisse.

XX.

Post lapsum verò liberi in homine arbitrii duplex
est consideratio: yna, prout est in hac vita: altera, vt in
futura erit.

XXI.

Rursum in hac vita liberum arbitrium pro ratione
subiecti bifariam consideratur: vt est in regeneratis ho-
minibus, & in iis qui non sunt regenerati a Domino.

XXII.

In hominibus non regeneratis liberum arbitri-
um (si ita dicendum est) ad malum est tantùm: hoc est,
ea libertas in homine demum relicta est, quæ nil nisi
malum, idque malè, aut velit, aut velle possit.

XXIII.



XXIII.

Per lapsum enim primorum parentum amissa est illa integra Dei cognitio quæ erat in mente, atque in eius locum successit ignorantia & dubitatio: in voluntate verò & corde dilectio & timor Domini desierunt, successitq; in locum eius odiosus contemptus & contumacia aduersus Deum, & praua inclinatio ad malum, meraque ad bonum impotentia.

XXIV.

Verumtamen si magis propriè de isto hominum genere loquendum est, non est homini ψυχικῶς ac non regenerato liberum arbitrium, quia nec arbitrium habet, nec liber est ad obiectum illius, cuius respectu arbitrium liberum appellatur.

XXV.

Non habet arbitrium: Nam cùm obiectum sit duplex per disiunctionem oppositum, aut bonum puta aut malum; omnino arbitrium in voluntate spectari necesse est, non qua voluntas naturalis, sed qua electiua est, vtrumuis obiectum eligere potens.

XXVI.

Homo autem ψυχικὸς non capit quæ sunt Dei : & in ipso, id est in carne eius, non habitat quicquam boni: ac proinde nec intelligentia boni, nec voluntas ad bonū, nec electio boni arbitriumue ad ipsum pertinet.

XXVII.

Non est liber ad duplicitis obiecti velle: nam et si voluntate naturali liber est in sese, (malus autem est, & in malo positus) electiua tamen voluntate non est liber, cùm electionem non habeat boni, velut absentis ab eo, & ignoti, & exosi, & im-

8.

& impossibilis; sed actu ipso est, ac non potentia aut electione malus.

XXVIII.

Quamuis igitur neq; intellectu plane destituatur homo, nec voluntate, quia tamen depravata mente iudicioq; voluntas nihil boni eligere & amplecti potest: sequitur in homine non regenerato proprie non esse liberum arbitrium, sed seruum peccati: aut si datur liberum arbitrium in eo esse *καταχεισμῶς*, liberum arbitrium esse ad malum tantum in rebus spiritualibus seu diuinis, etiamque in externis atq; ciuiblibus.

XXIX.

In spiritualibus quidem & diuinis, quia purus putus homo non tantum Deum nec agnoscit vere, nec amat, nec voluntati eius, qua debet, obedientia obtemperat; sed ne motus quidem bonos ad hoc iudicio mentis suæ & voluntatis electione potest inchoare.

XXX.

In ciuiblibus autem & externis, ad malum tantum liber est, quia vtvt hic paulo plus cernat secundum communes notiones insitas in natura, tamen nec ex fide facit, nec ad verum finem contendit boni: quicquid autem fit sine fide, peccatum est.

XXXI.

Nam id demum vere bonum est cuius laus est ex Deo, nempe a radice bona bonis medijs ad bonum finem assurgens: sic uius autem boni laus est ex hominibus solum, id in rebus humanis bonum dicitur

equi-

equiuocè propter speciem & opinionem boni, quamuis non sit re & veritate bonum.

XXXII.

Hominis regenerati liberum arbitrium est partim ad bonum, partimq; ad malum.

XXXIII.

Ad bonum, quà regeneratus & liberatus a dominio peccati : quia quum nos Spiritus sanctus regenerat, accedit simul in mente nostra nouam lucem intelligentiæ & cognitionis, in voluntate verò excitat nouos motus & inclinationes cum lege diuina congruentes, quibus iam cooperari Deo incipimus.

XXXIII.

Ad malum autem, quà adhuc agitur peccato in ipso habitante : quia regeneratio nostra in hac vita inchoatur solum, & in nobis reliquæ corruptionis habitantes remanent, quibuscum per omnem hanc vitam pugnandum nobis est.

XXXV.

Ex quo illud consequitur, neminem omnino hominem legem Dei in hoc seculo implere posse, ubi caro aduersus Spiritum pugnat, & Spiritus aduersus carnem.

XXXVI.

Liberum arbitrium in altera vita si erit, aut eorum qui salutem fuerint assequuti, aut damnatorum dicendum est.

B

XXXVII.

Eorum qui salutem assequuti fuerint, liberum arbitrium (si ita dicendum est) erit ad bonum tantum, idque immutabiliter, adeò ut nec errare in judicando, nec velle quicquam nisi bonum & benè possint.

XXXVIII.

Erit enim tunc perfecta regeneratio nostra, ac non inchoata solum, ut nunc est, quando videbimus Deum sicut est, cognoscemus prout cogniti fuerimus ab ipso, & volemus in cælo voluntatem Dei, similes effecti Angelis ipsius: quia Deus ibi nunquam deseret nos, sed in omnibus omnia futurus est.

XXXIX.

Damnatorum verò liberum arbitrium (vt ita dicamus) erit ad malum tantum in omnem æternitatem: quia Spiritu sancto destituti, & exsortes Dei omnisq; boni a Deo procedentis, de bono desperantes, omni malo seruient, maligno obsequentur, & flentes stridentesq; dentibus ruent aduersus Deum tota mente & voluntate sua.

XL.

Quapropter neq; horum neq; illorum in futuro seculo arbitrium liberum aut voluntas libere electiua propriè dici potest: cùm neque electionem habent sed actum voluntatis immutabilem potentiaq; aduersantem, neque liberi sint disiunctiù ad vtrumvis obiectum liberi arbitrij, sed in se libera voluntate

hi

II

hi ad malum actum, illi ad bonum ferantur solum:
hi vitiositate naturae per electionem suam adscita, illi
virtute gratiae per electionem Dei: hi subsistentes in
se immutabiliter mali, nos subsistentes in Deo immu-
tabiliter boni. Gratia autem sit Deo super incenarra-
bili munere ipsius. Amen.

F I N I S.



12

Umg. VI 45

ULB Halle
002 379 767



3

s. b.

WNA



Oral of Egbertus
ibz osul misteriis.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.


Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Ubi sunt dicitur etiam
in libro de laoribus
sancti Iosephi.

Farbkarte #13

B.I.G.



THESES THEOLOGICÆ
DE
LIBERO HOMINIS
ARBITRIO.

DE QVIBVS, VOLEN-
TE DOMINO,

Præside

CLARISS. VIRO FRANC. IVNIO
ss. THEOLOGIAE D. ET PROFESSORE
in celeberrima Heidelbergensium
Academia
Responsurus est
NATHANIEL RYCKEVVAERT,
Ypresis, Belga:
Ad diem xx Maij, loco & hora
consuetis.



HEIDELBERGÆ

M D XCI

